

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro M. Caelio. Oratio XXXV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

hac quidem senatui relinquebas, quæ nemo unquam ademit, ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur: adeo ne tibi sordidum Consilium publicum visum est: adeo afflictus senatus: adeo misera & prostrata Respublica: ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris prouincialis Senatus more maiorum delegere posset: eripueras Senatui prouinciæ decernendæ potestatem, imperatoris deligendi iudicium, ararii dispensatione: quæ nunquam sibi populus Ro. appetiuit, qui nunquam hæc a summi consilii gubernatione auferre conatus est. Age, factum est horum aliquid in aliis, raro: sed tamen factum, ut populus deligeret Imperatorem, quis Legatos unquam audiuit sine senatusconsulto: ante te nemo, post te continuo fecit idem in duobus prodigijs Reip. Clodius, quo etiam maiore es malo mactandus, quod non solum facto tuo, sed etiam exemplo Remp. vulnerasti: ne quod tantum es improbus ipse, sed etiam alios docere voluisti. Atque illud etiam audire a te cupio, quare, cum ego legem de ambitu ex senatusconsulto tulerim salua lege Helia & Fusia, tu eam esse legem non putes: præsertim cum ego legibus tuis quoquo modo late sint, paream: Ac si hæc omnia contempnis, ac despicias, quod ita tibi persuaseris, ut palam dicat, te diis hominibusque inuitis, amore in te incredibili quodam Cæsaris, omnia, quæ velis, consecuturum: ecquid audieris: ecquis nam tibi dixerit: Cæsarem nuper Aquileiæ, cum de quibusdam esset mentio facta, dixisse C. Alfiu præteritum permoleste tulisse, quod in homine summam fidem probitatemque cognosset: grauiter quod etiam se ferre Prætorum aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissentisset, tum quæsisse quendam, de Vatiniio, quemadmodum ferret: ipsum respondisse, Vatiniu in Tribunatu gratis nihil fecisse: qui omnia in pecunia posuisset, honore animo æquo carere debere, quod si ipse, qui te suæ dignitatis augendæ causa, periculo tuo, nullo suo delicto ferri præcipitem est facile passus, tamen te omni honore indignissimum iudicat: si te vicini, si affines, si tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint: si nemo aspicit, quin ingemiscat: nemo mentionem facit, quin execretur: si vitant, fugiunt, audire de te nolunt: cum viderint, tanquam auspiciu malum detestantur: si cognati respuunt, vicini metuunt, affines erubescunt, si Romæ denique ab ore improbo demigrarunt, & aliis iam se locis collocarunt: si es odium publicum populi, Senatus, vniuersorum hominum: quid est quamobrem Præturam potius exoptes, quam mortem: præsertim cum popularem te velis esse, neque vlla in re populo gratius facere possis. Sed ut aliquando audiam, quam copiose mihi ad interrogata respondeas, concludam iam interrogationem meam, teque in extremo de ipsa causa rogabo. Quæro quæ tanta in te vanitas, tanta leuitas fuerit: ut T. Anniu isdem verbis laudares, quibus eum laudare & boni viri & boni ciues consueuerunt: cum in eundem nuper cupidissime falsum testimonium dixeris: An erit hæc optio & potestas tua: ut cum Clodianas operas, & facinorosorum hominum manum videris, Milonem dicas Gladiatoribus, & Bestiaris obsedissem rempublicam: cum autem ad tales viros veneris, non audeas ciuem singulari virtute, fide, constantia, vituperare: Sed cum T. Anniu tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas: in illorum enim numero mauius T. Annius esse, qui a te vituperatur: verum etiam quero, cum in Republica administranda T. Annio cum P. Sestio consiliorum omnium societas fuerit, qui possis eos, quos crimine coniungis, testimonio disiungere: non arguo inconstantiam rationis ac testimonii tui, ne quid tibi auctoritatis, a me tributum esse videatur.

Mactandus malo.

Vatiniianum odium.

Bestiarum.

Latus a viro illaudato turpis.

Desit fortasse quippiam.

PRO M. CAELIO. ORATIO. XXXV.



In quis Iudices forte nunc adfit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis vestre, miretur profecto, quæ sit tanta atrocitas huiusce caute, quod diebus festis, ludisque publicis, omnibusque negotiis forensibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto, ciuitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem, quæ de seditiosis, sceleratisque ciuibus, qui armati Senatum obsederint, magistratibus vini attulerint, Remp. oppugnauerint, quotidie queri iubeat: legem non improbet: crimen quod versetur in iudicio requirat. cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari: sed adulescentem illustri ingenio, industria, gratia, accusari ab eius filio, quem ipse in iudicium & vocet & vocarit: oppugnari autem opibus me

Oratio

Liceat esse
otiosus.

retriciis: Atracini illius pietate non reprehendat, muliebrem libidine comprimendam putet, vos laboriosos existimet, quibus otiosus ne in communi quidem otio liceat esse. Etenim si attendere diligenter, existimare vere, de omni hac causa volueritis, sic constituetis Iudices, nec descensurum quem ad hanc accusationem fuisse, cui utrum vellet, liceret: nec cum descendisset, quicum habiturum spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio nitere. sed ego Atracino humanissimo atque optimo adolescenti meo necessario ignosco, qui habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel etatis, si voluit accusare, pietati tribuo, si iustus est, necessitati, si speravit aliquid, pueritiae, ceteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum.

culantur
solunt

Ac mihi quidem videtur Iudices hic introitus defensionis, adolescentem M. Caelium maxime convenire: ut ad ea, quae accusatores deformandi huius causa, detrahenda, spoliandaque dignitatis gratia dixerunt, primum respondeat. Obiectum est pater varie, quod aut parum splendidus ipse, aut parum pietatis a filio diceret, de dignitate Caelius notis, ac maioribus natum etiam sine mea oratione tacitus facile ipse respondet, quibus autem propter senectutem, quod iandiu minus in foro nobiscum versatur, non eque est cognitus, hi sic habeant: quocumque in Equite Romano dignitas esse possit, quae certe potest esse maxima, eam semper in M. Caelio habitam esse summam, hodieque haberi, non solum a suis, sed etiam ab omnibus, quibus potuerit aliqua de causa esse notus. Equitis Romani autem esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque iis iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. Nam quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed iudicium certe paratis, quid nos opinemur, audietis ex iuratis, quid parentes sentiant, lachrymae matris, incredibilisque moeror, squalor patris, & haec praesens maestitia, quam cernitis, luctusque declarat. Nam quod est obiectum, municipibus esse adolescentem non probatum suis, nemini unquam praesenti Puteolani maiores honores habuerunt, quam M. Caelio: quem absentem in amplissimum ordinem cooptarunt: & ea non petenti detulerunt, quae multis petentibus denegarunt: iidemque nunc lectissimos viros, & nostri ordinis, & Equites Romani cum lectione ad hoc iudicium, & cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt. Videor mihi hic iecisse fundamenta defensionis meae: quae firmissima sunt, si nitantur iudicio suorum, neque enim vobis satis commendata huius aetas esse posset, si non modo parenti tali viro, verum etiam municipi tam illustri, ac tam graui displiceret, equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic forensis labor, vitaeque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum. Nam quod obiectum est de pudicitia, quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbe feret M. Caelius, ut eius poeniteat non deformem esse natum, sunt etiam ista maledicta peruulgata in omnes, quorum in

Dimanare,

adolescentia forma & species fuit liberalis. sed aliud est maledicere, aliud accusare. accusatio crimen desiderat, re ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. maledictio autem nihil habet propositi, propter contumeliam: quae si petulantius iactat, conuictum: si facit, urbanitas nominat, quam quidem partem accusationis admiratus sum, & moleste tuli potissimum esse

Aliud maledicere,
aliud accusare.

Atracino data, neque enim decebat, neque aetas illa postulabat, neque id quod animaduerrere poteratis, pudor patiebatur optimi adolescentis in tali illi oratione versari, velle aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset: aliquanto liberius & fortius & magis more nostro refutarem istam maledicendi licentiam. tecum Atracine age lenius, quod & pudor tuus moderat orationi meae: & meum erga te, parentemque tuum beneficium tueri debeo. Illud tamen te esse admonitum volo, primum qualis es, tale te esse existimes: ut quantum a rerum turpitudine abes, tantum te a verborum libertate seungas, deinde ut ea in alterum ne dicas, quae cum tibi falso responsa sint, erubescas, quod est enim, cui via ista non pateat: qui ista aetate non possit, quam velit petulenter, etiam si sine ulla suspicionem, at non sine argumento maledicere! Sed istarum partium, culpa est eorum, qui te agere voluerunt: laus pudoris tui, quod ea te inuitum dicere videbamus: ingenium, quod ornate politeque dixisti.

Conuictum.
Urbanitas.

Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio, nam quoad aetatem M. Caelii dare potuit suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munita, qui ut huic virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me: tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum, nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiret. Nam quod Catiline familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicionem abhorreere debet, hoc enim adolescente scitis Catilinam consulatum mecum petiisse, ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam, quam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tum existimetur Caelius Catiline nimium familiaris fuisse, At enim postea

Pudor moderat orationi.

Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio, nam quoad aetatem M. Caelii dare potuit suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munita, qui ut huic virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me: tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum, nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiret. Nam quod Catiline familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicionem abhorreere debet, hoc enim adolescente scitis Catilinam consulatum mecum petiisse, ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam, quam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tum existimetur Caelius Catiline nimium familiaris fuisse, At enim postea

Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio, nam quoad aetatem M. Caelii dare potuit suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munita, qui ut huic virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me: tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum, nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiret. Nam quod Catiline familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicionem abhorreere debet, hoc enim adolescente scitis Catilinam consulatum mecum petiisse, ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam, quam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tum existimetur Caelius Catiline nimium familiaris fuisse, At enim postea

Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio, nam quoad aetatem M. Caelii dare potuit suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munita, qui ut huic virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me: tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum, nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiret. Nam quod Catiline familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicionem abhorreere debet, hoc enim adolescente scitis Catilinam consulatum mecum petiisse, ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam, quam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tum existimetur Caelius Catiline nimium familiaris fuisse, At enim postea

Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio, nam quoad aetatem M. Caelii dare potuit suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munita, qui ut huic virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me: tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum, nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiret. Nam quod Catiline familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicionem abhorreere debet, hoc enim adolescente scitis Catilinam consulatum mecum petiisse, ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam, quam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tum existimetur Caelius Catiline nimium familiaris fuisse, At enim postea

Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio, nam quoad aetatem M. Caelii dare potuit suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munita, qui ut huic virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me: tantum sit, quantum vos existimatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum, nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiret. Nam quod Catiline familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicionem abhorreere debet, hoc enim adolescente scitis Catilinam consulatum mecum petiisse, ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam, quam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tum existimetur Caelius Catiline nimium familiaris fuisse, At enim postea

scimus, & vidimus esse hunc in illius amicis. quis negat: sed ego illud tēpus ætatis, qđ ipsum sua sponte infirmū aliorum libidine infestum est, id hoc loco defendo. fuit assiduus mecum Prætor me, nō nouerat Catilinā. Africam tum prætor ille obtinebat. secutus est annus, causam de pecuniis repetundis Catilina dixit, mecū erat hic, illi ne aduocatus quidē venit vnq̄. deinceps fuit annus, quo ego Consulātū petiui, petebat Catilina mecum. nunq̄ ad illum accessit, a me nunq̄ recessit. tot igit̄ annos versatus in foro sine suspitione, sine infamia, studuit Catilinę iterum petenti, quem ergo ad finē putas custodiendā illam ætatem fuisse? Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendū brachium toga constitutus, & vt exercitatione ludoḡ campestri tunicati vteremur. eadēq̄ erat, si statim mereri stipendia cœperamus, castrēsis ratio, ac militaris, qua in ætate, nisi qui se ipse, sua grauitate & castimonia, & cum disciplina domestica, tum etiā naturali quodā bono defenderet, quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiā veram effugere nō poterat. Sed qui prima illa inītia ætatis integra atq̄ inuio lata præstitisset, de ei⁹ fama ac pudicitia, cū is iam se corroborauisset, ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. Studuit Catilinę cū is aliquot annos esset in foro Cælius, & multi hoc idē ex omni ordine, atq̄ ex omni ætate fecerunt. habuit em̄ ille, sicuti meminisse vos arbitror, per multa maximarū non expressa signa, sed adumbrata virtutū. vtebatur hoibus improbis multis, & quidem optimis se vitis deditū esse simulabat. erant apud illum illecebrę libidinū multę, erant etiā industrię quidā stimuli ac laboris. flagrabant vitia libidinīs apud illum, vgebant etiā studia rei militaris. neq̄ ego vnq̄ fuisse tale monstrū in terris vllum puto, tam ex contrariis diuersisq̄ inter se repugnantibus naturę studiis cupiditatibusq̄ conflatū. quis clarioribus viris quodā tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis cuius meliorum partium aliquando? quis tetrior hostis huic ciuitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effusior? Illa vero Iud. in illo homine mirabilia fuerūt: comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum oibus cōmunicare qđ habebat, seruire temporibus suorum omnium: pecunia, gratia, labore corporis, scelere, etiā si opus esset audacia, versare suam naturā, & regere ad tempus, atq̄ huc & illuc torquere, & flectere. cum tristibus seuerē, cum remissis iucundē, cū senibus grauitē, cū iuuentute comiter, cum facinorosis audacter, cū libidinosis luxuriose viuere. Hac ille tā varia, multiplicit̄ natura, cum omnis omnibus ex terris homines improbos audacesq̄ collegerat, tum etiā multos fortis viros & bonos, specie quadā virtutis assimulatę tenebat. neq̄ vnq̄ ex illo delendi huius imperii tam sceleratus impetus exitisset, nisi tot vitiorū tanta immanitas quibusdam facilitatis & patientię radicibus nitere. quare ista conditio Iudices respuat, nec Catilinę familiaritatis crimen hereat. Est em̄ cōmune cum multis, & cum quibusdā etiā bonis, me ipsum, me inquā quondā pene ille decepit, cum & cuius mihi bonus, & optimi cuiusq̄ cupidus, & firmus amicus, & fidelis videret. cuius ego facinora oculis prius, q̄ opinione, manibus ante, q̄ suspitione deprehendi. cuius in magnis cateruis amicorū si fuit etiā Cælius, magis est, vt ipse moleste ferat errasse se, sicut & nōnunq̄ in eodem homine me quoq̄ erroris mei poenitet, q̄ vt istius amicitia crimen reformidet. Itaq̄ a maledictis pudicitia, ad cōiurationis inuidiam oratio est vestra delapsa. posuistis em̄, atq̄ id tamen titubanter & strictim, cōiurationis hunc propter amicitia Catilinę participem fuisse: in quo non modo crimen non herebat, sed vix disertū adolescentis coherebat oratio. qui em̄ tantus furor in Cælio: qđ tantū aut in moribus naturaq̄ vulnus: aut in re atq̄ fortuna: vbi deniq̄ in ista suspitione est Cælii nomen auditū? Nimium multa de re minime dubia loquor. hoc tñ dico. non modo si socius cōiurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, nunq̄ cōiurationis accusatione adolescentiā suā potissimū cōmendare voluisset. qđ haud scio an de ambitu & de criminib⁹ istius sodalium ac sequestrū, quoniā huc incidi, similiter respondendū putem. nunq̄ em̄ tā Cælius Sequestrū. amens fuisset, vt si se isto infinito ambitu cōmaculasset, ambitus alterum accusaret. neq̄ em̄ Accersio eius facti in altero suspitionem quateret, cuius ipse sibi perpetuam licentiā optaret: nec si si quartę. bi semel periculū ambitus subeundū putaret, ipse alterum iterū ambitus crimine accersirer. Versuram quod q̄ nec sapienter, & me inuito facit, tamē est eiusmodi cupidus, vt magis insectari alteri facere. rius innocentia, q̄ de se timide cogitare videat. nam q̄ æs alienum obiectū est, sumptus res Habitare prehensi, tabulæ flagitate, videre q̄ pauca respondeam. tabulas qui in patris potestate est, nul las confecit: versuram nunq̄ omnino fecit vllam. Sumptus vnus generis obiectus est habita xxx. millib⁹ tōnis, triginta millibus dixistis eum habitare. nunc demum intelligo P. Clodii insulam esse Insula.

Aedicule. venalem, cuius hic in ediculis habitet decē vt opinor millibus: vos autē dum illi placere vultis, ad rēpus ei mendaciū vestrū accōmodauistis. Reprehendistis a patre q̄ semigrarit, qd̄ qdē iam in hac etate minime reprehendendū est, qui cū ex Reipu. causa esset mihi quidē molestā, sibi tñ gloriosam victoriā cōsecutus, & per etatē magistratus petere posset, non modo permitte patre, sed etiā suadente, ab eo semigrauit. & cū domus patris a foro longe abesset, quo facilius & nostras obire domos, & ipse a suis colī posset, cōduxit in Palatio nō magnā domū, Quo loco possum dicere id qd̄ vir clarissimus M. Crassus, cū de aduentu Regis Ptolemēi quereretur, pauloante dixit. Vtinā ne in nemore Pelio. Ac longius quidē mihi cōtexere hoc carmen liceret. nam nunq̄ hera errans. hanc molestiā nobis exhiberet, Medea animo egra, amore fauo saucia, sic em̄ Iudices reperieris: qd̄ cum ad id loci venero, ostendā: hanc palatinam Medeam, migrationēq̄, huic adolecēti causam siue malorū omniū, siue potius sermonum fuisse, quamobrē illa, quē ex accusatorū oratione p̄muniri iam & fingi intellēgebam, fretus vestra prudentia Iud. nō pertimesco. Aiebant em̄ fore testē Senatorē, qui se Pontificiis comitiis pulsātū a Cēlio diceret, a quo querā, si prodierit: primū cur statim nihil egerit: deinde si id queri, q̄ agere maluerit, cur productus a vobis potius, q̄ ipse p̄ se: cur tanto post potius, q̄ continuo, queri maluerit: si mihi ad hęc acute, arguteq̄ responderit, tum querā deniq̄: ex quo iste fonte Senator emanet: nam si ipse oriē & nascet ex sese, forrasse vt soleo cōmouebor. sin autē, vt riuulus, accersitus, & ductus ab ipso capite accusationis vestre, letabor, cū tanta gratia, tātisq̄ opibus accusatio vestra nitat, vnū Senatorē solū esse, qui vobis gratificari veller, inuentum. Nec tñ illud genus alterū nocturnorū testiū pertimesco. est em̄ dictum ab illis, fore qui dicerent, vxores suas redeūris a cœna attractas esse a Cēlio. graues erunt hoies, qui hoc iurati dicere audeant: cū sit his confitendū, nunq̄ se ne cōgressu quidē, & constituto cœpisse de tantis iniuriis experiri. Sed totū genus oppugnationis huius Iud. & iam prospicitis animis: & cū infere, propulsare debebitis. non em̄ ab iisdē accusatur M. Cēlius, a quibus oppugnat. palam in eū tela iaciunt, clā subministrant. Neq̄ id ego dico, vt inuidiosum sit in eos, quib⁹ gloriosum hoc etiam esse debet. fungunt officio, defendunt suos, faciunt qd̄ viri fortissimi solent, laesi dolent, irati efferuntur, pugnant lacessiri. sed vestre sapientiē tñ est Iudices: non si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Cēliū, ideo vos quoq̄ causam putare esse iustā aliāno dolori potius, q̄ vestre fidei consulēdi. Quē sit multitudo in foro, quē genera, quā studia, quā varietates hominū videtis: ex hac copia q̄ multos esse arbitramini, qui hominibus potentibus, gratiosis, disertis, cū aliquid eos velle arbitrentur, vltro se offerre soleant, operam nauare, testimoniū polliceri: hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorū cupiditatem Iud. sapientia vestra: vt eodē tempore huius salutē, & religioni vestre, & contra periculosissimas hominū potentias conditioni omniū ciuium prouidisse videamini. Equidem vos abducam a testibus: neq̄ huius iudicii veritatē, quā mutari nullo modo potest, in volūtate testiū collocari sinam, quē facillime fingi, nullo negotio flecti, ac detorque ri potest. argumentis agemus: signis omni luce clarioribus crimina refellemus: res cū te, causa cum causa, ratio cū ratione pugnabit. Itaq̄ illam partē causę facile patior grauiter, & ornate a M. Crasso peroratā, de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorū pulsatione Puteolana, & de bonis Pallę. vellem dictū esset ab eodē etiam de Dione. de quo ipso tñ qd̄ est qd̄ expectetis: qd̄ is qui fecit, aut non timet, aut etiā fatetur: etem̄ reus, qui dictus est & adiutor fuisse & conscius, P. Ascitius, is iudicio est liberatus, qd̄ igitur est huiusmodi crimen: vt qui commisit, nō neget: qui negauit, absolutus sit: id hic pertimescat, qui nō modo a facto, verū etiā a cōsciētē suspitione abfuit: & si Ascitio causa plus pfuit, q̄ nocuit inuidia, huic oberit tuū maledictū, qui istius facti non modo suspitione, sed ne infamia quidē est aspersus: At p̄uaricatione est Ascitius liberat⁹. perfacile est isti loco respōdere, mihi p̄sertim, a quo illa causa defensa est. sed Cēlius optimā causam Ascitii esse arbitrat: cuiusmodi aut sit, a sua putat esse seiunctam, neq̄ solū Cēlius, sed etiā adolecētes humanissimi & doctissimi, rectissimis studiis, atq̄ optimis artibus p̄diti, Titus, Caiusq̄ Coponii: q̄ ex oibus maxime Dionis mortē doluerūt: q̄ cū doctrinę studio, atq̄ hūanitatē, tñ etiā hospitio Dionis tenebant. habitabat is apud L. Lucceiū vt audistis: fuerat ei cognit⁹ Alexandrię. qd̄ aut hic, aut summo splēdore p̄dit⁹ frater ei⁹, de M. Cēlio existimet, ex ipsis, si p̄ducti erūt, audietis. Ergo hęc remoueant, vt aliqñ i qb⁹ causa nitit, ad ea veniam⁹. aiaduerti em̄ Iud. audiri a vobis meū familiarē L. Herenniū perartēte. In quo etī magna ex parte igenio ei⁹, & dicēdi genere quodā tenebamini: tñ nōnūq̄ verebar,

Aspersus infamia.

ostipca
yrtanp
msultu
stipca
stipca
stipca
stipca
stipca

re illa subleuiter ad
dixit em̄ multa de lu
& qui in reliqua vita
homines, versari per
ster: oburgant M. C.
differunt. quid quē
triste illud, & tam
mouebat. fuisse meo
studisse Prętorē, no
qui aut absum, aut q
cis sordalem esse Cēli
norum Lupercorū, q
dem non modo nocent
lando: vt ne, si quis id
uerunt respōdebo. d
q̄ atrocitatis, quo et
vehementissimōq̄ iac
eti probabā eius eloq̄
frustra litigantem. t
eum, qui nullū cōiur
& vidi in hac ciuitate
& extremis vt dicit
fisse aliquando: & se
em̄ concessū omniū
quē si ita erumpunt,
haberi solent. Sed tu
le consistere. itaq̄ om
reo proposito de ma
si quē dici in eam se
uitate, de sumptu
& grauitate accusari
habeat seueritas gra
pora, emittete in h
odium iniultū vos
deprecati vacatio
concessa oibus iur
petulantia, libidin
porum vitia nocer
feruntur, diligent
bus vna atq̄ eadē p
citur: oia sunt alia
ter, impudicus, seque
nulla sedes, voces s
duorū criminū
p̄sit a Clodia, sumpt
miliaritatis, negare
fuit, artulit. magis
causa nobis Iud. cū
pellendi criminis ca
esse nobis: quē si se
guit, petulant et fac
ista muliere remota
aliud, qd̄ nos patro
cerem vehementi

ne illa subtiliter ad criminandū inducta oratio animos vestros sensim ac leniter accenderet: dixit em̄ multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis iuuenturis, multa de moribus: & qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, versari pericunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidā patruus, censor, magister: obiurgauit M. Caeliū, sicut neminem vnq̄ parens: multa de incontinentia intemperatiq; differuit. quid queritis Iudices: ignoscebā vobis attente audientibus, propterea, q̄ egomet tā triste illud, & tam asperum genus orationis horrebam. Ac prima pars fuit illa, quę me minus mouebat, fuisse meo necessario Bestię Caeliū familiarē, cenasse apud eum, ventitasse domum, studuisse Pręture, non me hęc mouent, quę perspicue falsa sunt. etenim eos vna cenasse dicit, qui aut absunt, aut quibus necesse est idē dicere. Neq; vero illud me cōmouet, q̄ sibi in Lupericis sodalem esse Caelium dixit. fera quadā sodalitas, & plane pastoritia atq; agrestis germanorum Lupercorū, quorū coitio illa syluestris ante est instituta, q̄ humanitas atq; leges, siquidem non modo nomina deserunt inter se sodales, sed etiam cōmemorant sodalitatē in accusando: vt ne, si quis id forte nesciat, timere videat. Sed hęc omittam, ad illa quę me magis mouerunt respondebo. delitiarū obiurgatio fuit longa, & ea lenior, plusq; disputationis habuit q̄ atrocitatis, quo etiam audita est attentius. nam P. Clodius amicus meus, cū se grauissime vehementissimeq; iactaret, & omnia inflāmatu ageret tristissimis verbis, voce maxima, tam etsi probabā eius eloquentiam, tamen non pertimescebam. aliquot em̄ in causis eum videram frustra litigantem. tibi autē Balbe respondebo, primū precario, si licet, si fas est defendi a me eum, qui nullū cōiuiū renuerit, qui vngueta sumpserit, qui Baias viderit. Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primorib; labris gustassent genus hoc vitę, & extremis vt dicit digitis attigissent, sed qui totā adolescentiā voluptatibus dedissent, emeruisse aliquando: & se ad frugē bonam, vt dicit, recepisse: grauisq; hoies atq; illustris fuisse. dat em̄ concessū omnium huic aliquis ludus etatis, & ipsa natura profundit adolescentię cupiditates: quę si ita erumpunt, vt nullius vitā labefactent, nullius domū euertant, faciles & tolerabiles haberi solent. Sed tu mihi videbare ex cōmuni infamia iuuentutis aliquā inuidiam Caelio vel le conflare. itaq; omne illud silentiū, qđ est orationi tuę tributum, fuit ob eam causam, q̄ vno reo proposito de multorū vitiis cogitabam. facile est accusare luxurię, dies iam me deficiet, si quę dici in eam sententiā possunt, coner exprimere. de corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumptibus, immēsa oratio est: vt tibi reū neminem, sed vitia proponas, res tamē ipsa & grauer accusari potest. sed vestrę sapientię est Iudices, nō abduci ab reo, nec quos aculeos habeat seueritas grauitasq; vestra, cū eos accusator exerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominē, & in reū. cum is non suo crimine, sed multorū virio sit in quoddā odium iniultū vocatus. Itaq; seueritati tuę, vt oportet, ita respondere nō audeo. erat em̄ meū deprecari vacationē adolescentię, veniāq; petere. non inquā audeo. perfugiis non vtor etatis, concessa oibus iura dimitto: tantū peto, vt siqua est inuidia cōmunis hoc tēpore aris alieni, petulantia, libidini iuuentutis, quā video esse magnā, ne huic aliena peccata, ne etatis ac tēporum vitia noceant. Atq; ego idē, qui hęc postulo, quin criminibus, quę in hunc proprie cōferuntur, diligentissime respondeā, non recuso. Sunt autē duo crimina, aurū, & venenū: in quibus vna atq; eadē persona vrget. Aurū sumprū a Clodia: venenū quęsitū, qđ Clodię dare, dicitur: oīa sunt alia nō crimina, sed maledicta iurgii petulantis magis, q̄ publicę quęstionis. adulter, impudicus, sequester, conuictū est, nō accusatio. nullū est em̄ fundamentū horū criminū, nulla sedes, voces sunt cōtumeliosę temere ab irato accusatore nullo auctore emisse. horum duorū criminū video fontē, video auctore, video certū nomen & caput. auro opus fuit, sumpsit a Clodia, sumpsit sine teste, habuit qđiu voluit. maximū video signum cuiusdā egregię familiaritatis, negare eidē noluit, quęsiuit venenū, sollicitauit quos potuit, parauit locum, constituit, attulit. magnū rursus odiū video cū crudelissimo dissidio extitisse. res est oīs in hac causa nobis Iud. cū Clodia, muliere nō solū nobili, sed etiā nota. de qua ego nihil dicā, nisi de pellendī criminis causa. sed intelligis pro tua pstanti prudentia Cn. Domiti cū hac sola rem esse nobis: quę si se aurū Caelio cōmodasse non dicit, si venenū ab hoc sibi paratū esse non arguit, petulanter facimus, si matrēfamilias, secus q̄ matronarū sanctitas postulat, noīamus. sin ista muliere remota, nec crimē vllū, nec opes ad oppugnandū Caelium illis relinquēt, quid est aliud, qđ nos patroni facere debeamus: nisi vt eos qui insectantur, repellamus: qđ quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitie cum istius mulieris viro. fratrem dia

Patruus p
tristis.

Luperci.

Primorib;
labris gu
stare.

Extremis
digitis att
gere.

Ad frugem
bonā recipe
re.

Mores mu
tati cū etate.

Nobilis,
Notus,

Correctio
urbana.

Oratio

- cere volui. semp hic erro. nunc agam modice, nec longius progrediar, quam me mea fides, & causa ipsa coget. neque enim muliebres vniuersas inimicitias mihi gerendas putavi, praesertim cum ea, quam oes semper amicam omnium potius, quam cuiusquam inimicam putauerunt. sed tamen ex ipsa quaeramus prius, utrum
- Prisce agere.** me secum seuerere, & grauiter, & prisce agere malit, an remisse, ac leniter, & vrbane. sin illo austero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbaris illis, non hac barbula, qua
- Barbula.** ista delectat, sed illa horrida, quam in statu antiquis, & imaginibus videmus: qui obiurgat mulierem, & pro me loquat, ne ista mihi forte succenseat. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis, ac potissimum cecus ille. minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit. qui profecto si extiterit, sic ager, & sic loquetur. mulier quid tibi cum Celio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? quid, aut tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares? aut tam inimica, ut venenum timeres? non patrem tuum videras? non patruum? non auum, proauum, atauum audieras Consules fuisse? non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi & fortissimi viri, patrieque amantissimi? qui simulac pedem limine extulerat, omnis prope ciuis virtute, gloria, dignitate superabat? cui cum ex amplissimo genere in familia clarissima nupsisses, cur tibi Celius tam coniunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil horum, quid igitur fuit, nisi quaedam te meritas ac libido? nonne te, si nostrae imagines viriles non commouebant, ne progenies quidem mea Q. illa Claudia emula domestice laudis, in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa vestalis Claudia, quae patrem complexa triumphante, ab inimico tribuno plebis de curru detrahi passa non est? cur te fraterna vitia potius, quam bona paterna, & auita, & usque a nobis cum in viris, tum etiam in foeminis repetita mouerunt? ideo ne ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie foedera ferites? ideo aquam adduxi, ut ea tu incestu vterere? ideo viam munui, ut eam tu alienis viris comitata celebrares? Sed quid ego Iudices ita grauem personam induxi: ut & verear, ne se idem Appius repente conuertat, & Celium incipiat accusare illa sua grauitate censoria? Sed video hoc posterius, atque ita Iudices, ut vel seuerissimis disceptatoribus M. Celii vitam me probaturum esse confidam, tu modo mulier (iam enim ipse tecum nulla persona introducta loquar) si ea quae facis, quae dicis, quae insimulas, quae moliris, quae arguis, probare cogitas, rationem tantae familiaritatis, & tantae consuetudinis, tantae coniunctionis reddas, atque exponas necesse est. accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baebii acta conuiuia, comessationes, cantus, Symphonias, nauigia iactant. iidemque significant, nihil se te inuicta dicere, quae tu, quam mente nescio qua effrenata atque precipiti in forum deferri iudiciumque voluisti, aut diluas oportet, & falsa esse doceas, aut nihil neque criminum tuo neque testimonio credendum esse fateare. Sin autem vrbanius me agere mauis, sic agam tecum, remouebo illum senem durum ac pene agrestem, ex hisque tuis sumam aliquem, ac potissimum minimum fratrem tuum, qui est in isto genere vrbatissimus, qui te amat plurimum, qui propter nescio quam credo timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper, pusio cum maiore sorore cubat, quid insanis? quid clamore exorsa, verbis paruam rem magnam facis? vicinum adolescentulum aspexisti: candor huius te, & proceritas, vultus, oculique perpulerunt: sepius videre voluisti: fuisti non nunquam in iisdem hortis visa nobilis mulier: illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti. confer te alio. habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco praeparasti, quo ois iuuentus natandi causa venit. hinc licet conditiones quotidie legas. cur huic, qui te spernit, molesta es? Redeo nunc ad te Caeli vicissim: ac mihi auctoritatem patriam, seueritatemque suscipio. sed dubito quae patrem potissimum sumam. Caelianum ne aliquem, vehementem atque durum? Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulat ira. Aut illum. O infelix, O scelestus. ferrei sunt isti patres. ego ne quid dicam? ego ne quid velim? ego ne quae tu oia tuis foedis factis facis, ut nequicquam velim. vix ferenda diceret talis pater. cur te in ista vicinitate meretriciam contulisti? cur illecebris cognitum non refugisti? cur alienam vllam mulierem nosti? dede, ac dissiice, per me licebit. si egebis, tibi dolebit: mihi sat est, qui atatis quae reliquum est, oblectet me. Huic tristi, ac decrepito seni responderet Caelius, se nulla cupiditate inductum de via decessisse. quid signi? nulli sumptus, nulla iactura, nulla versura. at fuit fama. quous quisque istam effugere potest in tam maledica ciuitate? vicinum eius mulieris miraris male audisse, cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Leni vero & clementi patri, cuiusmodi est ille. Fores effregit, restituentur: discidit vestem, refarcietur. Caelii causa est expeditissima. quid enim esset, in quo se facile non defenderet? Nihil iam in istam mulierem dico: sed si esset aliqua dissimilis istius, quae se omnibus peruulgaret:

Pro M. Celio. Fo. CXCVII.

quæ haberet palam decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure suo libidines omnium commearent: quæ etiam aleret adolescentes, & parsimoniam patrum suis sumptibus sustentaret: si vidua libere, proterua petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset! Dicit aliquis, hæc igitur est tua disciplina: sic tu instituis adolefcetes! ob hanc causam tibi huc puerum parens commendauit, & tradidit, vt in amore, & voluptatibus adolefcentiã suã collocaret! & hanc tu vitam, atq; hæc studia defenderes! Ego si quis Iud. hoc robore animi, atq; hac indole virtutis, ac cõtinẽtiã fuit, vt respueret omnis voluptates, omnẽq; vitæ suæ cursum in labore corporis, atq; in animi cõtentione conficeret: quẽ nõ quies, nõ remissio, non æqualiũ studia, non ludii, nõ conuiuia delectarent: nihil in vita expetendũ putaret, nisi qd esset cũ laude & honore, & cũ dignitate cõiunctũ: hunc mea sentẽtia diuinis quibusdã bonis instructũ, atq; ornatum puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fabricios, Curios, omnesq; eos, qui hæc ex minimis tãta fecerunt. verũ hæc genera virtutũ nõ solũ in moribus nostris, sed vix iam in libris reperiunt. chartæ quoq; quæ illã pristinã seueritatẽ cõtinebãt, obsoleuerunt: neq; solũ apud nos, qui hanc sectã rationẽq; vitæ, te magis, q̃ verbis secuti sumus: sed etiã apud Græcos doctissimos homines: quibus, cũ facere nõ possent, loqui tñ, & scribere honeste, & magnifice licebat. Alia quedã mutatis Graciẽ tẽporibus p̃cepta exiterunt, itaq; alii voluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt: neq; ab hac orationis turpitudine eruditũ homines refugerunt. alii cũ voluptate dignitatẽ cõiungendam putauerunt, vt res maxime inter se repugnãtes dicendi facultate coniungerent. illud vnũ cũ labore ad laudem directũ iter quĩ probauerunt, prope iam solũ in scholis sunt relictũ. Multa em̃ nobis blandimẽta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus cõiueret: & interdũ multas vias adolefcentiẽ lubricas ostendit, quibus illa insiltere, aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset: & multarũ rerũ iucundissimarũ varietatẽ dedit, qua nõ modo hæc ætas, sed etiã iam corroborata caperetur. Quamobrẽ si quẽ forte inueneris, qui aspernetur oculis pulchritudinẽ rerũ: nõ odore vllõ, non tactu, nõ sapore capiatur: excludat auribus omnẽ suauitatẽ: huic homini, ego fortasse, & pauci deos propitios, pleriq; autem iratos putabunt. Ergo hæc deserta via, & inculta, atq; interclusa iã frondibus, & virgulis relinquaã. detur aliqd ætati, sit adolefcẽtia liberior, nõ oĩa voluptatibus denegentur, nõ semp superet vera illa, & directa ratio, vincat aliquãdo cupiditas voluptasq; rationẽ: dũmodo illa in hoc genere p̃scriptio, moderatioq; teneat: parcat iuuẽtus pudicitia suã, ne spoliẽt alienã, ne effundat patrimoniu, ne foenore trucidetur, ne incurrat in alterius damnũ, atq; famã, ne probrũ castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quẽ interimat, ne intersit insidiis, scelere careat: postremo cũ paruerit voluptatibus, dederit aliqd tẽporis ad ludũ ætatis, atq; ad inanẽ hæc adolefcentiã cupiditates, reuocet se aliquãdo ad curã rei domesticę, rei forẽsis, reipublicę, vt ea quæ ratione antea nõ perspexerat, satietate abieciã, experiẽdo cõtẽpsisse videatur. Ac multi, & nostra, & patrũ maiorũq; memoria Iud. summi & clarissimi ciues fuerunt: quorũ cũ adolefcentiã cupiditates deseruissent, eximie virtutes, firmata iam ætate, exiterunt. ex quibus neminẽ mihi necesse est nominare, vosmet vobiscũ recordamini. nolo enim cuiusq; fortis atq; illustris viri, ne minimũ qdẽ erratũ cũ maxima laude coniungere. qd si face-re vellẽ, multi a me summi, atq; ornatissimi viri p̃dicarẽtur: quorũ primã nimia libertas in adolefcentiã, partim profusa luxuriẽs, magnitudo aris alieni, sumptus, libidines, nominarẽtur: q̃ multis postea virtutib; obiecta, adolefcẽtiẽ qui vellet excusatione defenderet. At vero in M. Celio (dicã em̃ iam cõfidentius de studiis eius honestis: quãdã audeo vestra quadam fretus sapientiã libere confiteri) nulla luxuriẽs reperiet, nulli sumptus, nullũ æs alienũ, nulla conuiuioꝝ ac lustrorũ libido. qd qdẽ vitiũ ventris, & gutturis nõ modo nõ minuit ætas hoibus, sed etiã auget. Amores autẽ, & hẽ delitiẽ quæ vocãtur, quæ firmiore animo p̃ditiã diutius molestẽ nõ solent esse, mature em̃ & celeriter deflorescũt, nõq; hunc occupatũ impeditũq; tenuerũt. Audistis cũ pro se diceret: audistis antea, cũ accusaret: defendẽdi causa hæc, nõ gloriã di loquor. genus orationis, facultatẽ, copiã sentẽtiarũ, atq; verborũ, q̃ vestra prudẽtia est, perspexistis, atq; in eo nõ solũ ingeniu elucere eius videbatis: qd sæpe etiã si industria non alitur, valet tñ ipm suis viribus: sed inerat, nisi me p̃pter beneuolentiã forte fallebat, oratio & bonis artibus instituta, & cura, & vigiliis elaborata. Atq; scitote Iud. eas cupiditates, q̃ obiciuntur Celio, atq; hæc studia de quibus disputo, nõ facile in eodẽ homine esse posse. fieri em̃ nõ potest vt animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiã nõnũq;

Obsolue-
rũt chartæ.

Morũ p̃cep-
ta muta-
ta.

Naturẽ
blandimẽ-
ta.

Prolapsio.

Careat sce-
lere.

Mutati mo-
res cũ æta-
te.

Oratio

Cur pauci
eloquentie
studiosi.

Personare.

Meretricia
os amores
licere.

Relinque
re i medio.

Insidiandis
legatis.

Armarium.

Scelus fem
piternum.

impeditus, hoc, quicquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere. An vos aliam causam esse vllam putatis: cur in tantis primis eloquentie, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam sint pauci semper fuerint, qui in hoc labore versentur? Omittende sunt omnes voluptates: relinquenda studia delectationis: ludus, iocus, conuiuium, sermo etiam pene omnium familiarium deserendus, quae res in hoc genere homines a labore studioque dicendi deterret, non quo aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis. An hic, si sese istam vitam dedisset, Consularem hominem admodum adulescens in iudicium vocauisset? Hic si laborem fugeret, si obstrictus voluptatibus teneret, in hac acie quotidie versaretur: appeteret inimicitias: in iudicium vocaret: subiret periculum capitis: ipso inspectate Populo Romano tot menses aut de salute, aut de gloria dimicaret: Nihil igitur illa vicinitas redolet: nihil hominum fama: nihil Baiae denique ipsae loquuntur: Ille vero non loquitur solus, verum etiam personant: huc vnius mulieris libidine esse lapsam, ut ea non modo solitudine ac tenebras, atque haec flagitiorum tegumenta non querat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate, & clarissima luce letetur. Verum si quis est, qui etiam meretriciis amoribus interdicitum iuuentuti putet, est ille quidem valde seuerus: negare non possum: sed abhorret non modo ab huius seculi licentia, verum etiam a maiorum consuetudine atque concessis, quando enim hoc non factum est: quando reprehensum: quando non permixtum: quando denique fuit, ut quod licet, non liceret: Hic ego rem iam definiam, mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam. Si qua non nupta mulier domum suam patefaceret omnium cupiditati, palamque sese in meretricia vita collocaret, virosque alienissimos conuiuio uti institueret: si hoc in vrbe, si in hortis, si in Baiae illa celebritate faceret: si denique ita sese gereret, non incessu solus, sed ornatu, atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, conuiuio, ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur: cum hac si quis adulescens forte fuerit, vtrum hic tibi L. Herenni adulter, an amator: expugnare pudicitiam, an explere libidine voluisse videat: Obluiscor iam iniurias Clodiae: depono memoriam doloris mei: quae abs te crudeliter in meos me absente facta sunt, negligo: ne sint haec in te dicta, quae dixi: sed ex te ipsa requiro: quonia & crimen accusatores abs te, & testem eius criminis te ipsam dicunt se habere: si qua mulier sit huiusmodi, qualis ego paulo ante descripsi, tui dissimilis, vita institutorum meretricio, cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe aut flagitiosum esse videatur: Ea si tu non es, sicut ego malo, quid est, quod obiicitur Celio? Sin eam te volunt esse, quid est cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam, rationemque defensionis. nam aut pudor tuus defendet nihil a M. Celio petulantius esse factum: aut impudentia & huic & ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit. Sed quonia emeruisse iam e vadis, & scopulos praeteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostendit. Duo sunt enim crimina vna in muliere summorum facinorosa: auri, quod sumptum a Clodia dicitur: & veneni, quod eiusdem Clodiae necandae causa parasse Celium criminatur. Aurum sumpsit ut dicitis, quod L. Luceii seruis daret, per quos Alexandrinus Dio, qui tunc apud Luceium habitabat, necaretur, magnum crimen vel in Legatis insidiandis, vel in seruis ad hospitem domi necandum sollicitandis: plenum sceleris consilium, plenum audaciae. Quo quidem in crimine primum illud requiram, dixerit ne Clodiae quam ad rem aurum tum sumeret: an non dixerit: si non dixit, cur dedit: si dixit, eodem conscientiae scelere se deuinxit. tu ne aurum ex armario tuo promere ausa es: tu ne Venerem illam tuam spoliaticam spoliare ornamentis? Ceterum cum scires quantum ad facinus aurum hoc quaeretur, ad necem scilicet Legati, ad L. Luceii sanctissimi hominis atque integerrimi labem sceleris sempiterni: huic facinori tanto tua mens liberalis conscia, tua domus popularis ministra, tua denique hospitalis illa Venus adiutrix esse non debuit. Vidit hoc Balbus: facinoris tantum celatam esse Clodiam dixit, atque ita Celium ad illam attulisse, se ad ornatum ludorum aurum quaerere. Si tam familiaris erat Clodiae, quam tu esse vis, cum de libidine eius tam multa diceris, dixit profecto quo vellet aurum: si tam familiaris non erat, non dedit, ita si verum tibi Celius dixit: O immoderata mulier: scilicet ens tu aurum ad facinus dedisti: si non est ausus dicere, non dedisti. Quid ego nunc argumens huic crimini, quae sunt innumerabilia, resistam: possum dicere mores M. Celii longissime a tanti sceleris atrocitate esse distinctos: minime esse credendum homini tam ingenioso, tam prudenti, non venisse in mentem rem tanti sceleris ignoris alienisque seruis non esse credendam. possum etiam illa, & ceterorum patronorum, & mea consuetudine ab accusatore perquirere. ubi sit congressus cum seruis Luceii Celii: qui ei fuerit aditus: si per se, qua temeritate: si per alium, per quem: possum omnes latebras suspicionum peragere dicendo: non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perfidus

Pro

clendi, non occultam
Sed haec quae sunt
citatione, vltimo die
rentur: de curatis
iuris: iurandi fac
facinus in famam
set. An ille vir illa
lum, quod propter haec
illam seueri accipere
id a suis tentati esse
sua domi ceperit esse
mo eruditus in in
ces tenebris: iura
ba cognoscite. Recite
causam pro se & ver
haec vna vox veritate
rio, quod actu esse dicit
minatur: totum crime
domo: domus aut ill
nis: ex qua domo re
in ceteratione ponatur
moderatus: vir re
ego non principium
lieri veni vellet d
cit: nu quis denique
re auditis, verbo se
to nomen hic derul
vos non videris flag
tur: Cui denique ob
qui salute sua cre
ingenium certe tribu
nis seruis committer
bat non communi co
te: quis enim hoc
familias meretrici
libidines, luxuries
vos, quibus omnia
quibus occulta cre
det: Id igitur Celius
seruos familiares et
erat, quae cum seru
quod situm est: quem
domi, vltimo eius
esset ab hoc comp
maximis, aut comm
hausi delotem vel ac
q ille vir, qui se na
ruisset, integerrim
bus, atque vniuersis
mens esset, extremu
ficabat ininterrupti
ciuitaticum pariet
tulum, saepe me, saep
patriam, sum etiam

ciendi, non occultandi maleficii spes, non ratio vlla, non vestigiū maximi facinoris reperierur, Sed hæc quæ sunt oratoris propria: quæ mihi non propter ingenium meum, sed propter hæc exercitationem, vsumque dicendi fructum aliquem ferre potuissent, cum a me ipso laborata proferrī viderentur: breuitatis causa relinquo omnia. habeo enim Iudices, quæ vos socium vestræ religionis, iurisque iurandi facile esse patiemini, L. Luceium grauissimum hominem, & sanctissimum testem: qui tantum facinus in famam atque fortunas suas, neque non audisset illatum a Caelio, neque neglexisset, neque tulisset. An ille vir illa humanitate præditus, illis studiis, artibus, atque doctrina, illius ipsius periculum, quæ propter hæc ipsa studia diligebat, negligere potuisset? & quod facinus in alienum hominem illatum seuerè acciperet, id omisisset curare in hospite? quod per ignotos actum cum cõperisset doleret, id a suis tentatum esse negligeret? quod in agris locisve publicis factum reprehenderet, id in vrbe ac sua domi cõceptum esse leuiter ferret? quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Sed cur diutius vos Iudices teneo? ipsius iurati religionem auctoritatemque percipite, atque omnia diligenter testimonium verba cognoscite. Recita testimonium Luceii. Quid expectatis amplius? an aliquam vocem putatis ipsam causam pro se & veritate posse mittere? hæc est innocentiam defensio: hæc ipsius cause oratio: hæc vna vox veritatis. in crimine ipso nulla suspitio est: & in re nihil est argumenti: in negotio, quod actum esse dicitur, nullum vestigiū sermonis, loci, temporis: nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimen profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo: domus autem illa, quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officii, religionis: ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta auctoritas, vt res minime dubitanda in cõtentione ponatur: vtrum temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen: an grauis, sapiens, moderatusque vir religiose testimonium dixisse videatur. Reliquum est igitur crimem de veneno: cuius ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. Quæ fuit enim causa, quæ obrem isti mulieri venenum vellet dare Cælius: ne aurum redderet? num petiuit? ne crimem hereret? num quis obiecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic nemini nomen detulisset? Quin etiam Herennium dicere audistis, verbo se molestum non fuisse futurum Cælio, nisi iterum eadem de re suo familiari abolutum nomen hic detulisset. Credibile est igitur tantum facinus, ob nullam causam esse commissum! & vos non videtis fingi sceleris maximi crimen, vt alterius causa sceleris suscipiendi fuisse videatur? Cui denique commisit? quo adiutore usus est? quo socio? quo conscio? cui tantum facinus? cui se? cui salutem suam credidit? seruis ne mulieris? sic enim obiectum est. & erat tam demens hic, cui iam vos ingenium certe tribuitis, etiam si cætera inimica oratione detrahitis, vt omnis suas fortunas alienis seruis committeret? At quibus seruis? refert enim magnopere id ipsum. his ne, quos intelligebat non communi conditione seruitutis vti, sed licentius, liberius, familiarius cum domina viuere? quis enim hoc non videt Iudices? aut quis hoc ignorat? in eiusmodi domo, in qua mater familias meretricio more viuat: in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit: in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia, atque flagitia versentur: hic seruos non esse seruos, quibus omnia committantur, per quos gerantur, qui versentur iisdem in voluptatibus, quibus occulta credantur, ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptibus ac luxuria redundet? Id igitur Cælius non videbat? Si enim tam familiaris erat mulieris, quam vos vultis, istos quoque seruos familiares esse domine sciebat. Sin ei tanta consuetudo, quanta a vobis inducitur, non erat, quæ cum seruis potuisset familiaritas tanta esse? Ipsius autem veneni quæ ratio fingitur? ubi questum est? quemadmodum paratum? quo pacto? cui? quo in loco traditum? Habuisse aiunt domi, vique eius esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius percelerem interitum esset ab hoc comprobatum venenum. Pro dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis, aut conuictis? aut presentis fraudis poenas in diem reseruatis? Vidi enim, vidi, & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur e sinu, gremioque patrie: cumque ille vir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die, postquam in Curia, in rostris, in Republica stetit, integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus eriperetur indignissime bonis omnibus, atque vniuersæ ciuitati. Quo quidem tempore ille moriens, cum iam cæteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam Reipublice reseruabat: cum me intuens flentem significabat interruptis, atque morientibus vocibus, quæ impenderet procella vrbis, quæa tempestas ciuitati: cum parietem sæpe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, sæpe me, sapissime Reipublice nominabat: vt non tam se emori, quam spoliari suo præsidio cum patriam, tum etiam me doleret. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustu-

Accipere
seuerè.
Postmit-
tere.

Hausi do-
lorem.

Voces mo-
rientes.

Oratio

lisset, quonā modo ille furenti fratri suo patrueli Consulari restitisset, qui Consulem incipientem furere atq; conantē, sua se manu interfectorū, audiente Senatu dixerit! Ex hac igitur domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit! nonne ipsam domū metuet, ne quā vocē eliciat! non parietes conscios, nō noctē illam funestā ac luctuosam perhorrescet! Sed reuertar ad crimen. Sed enim hac facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio, & vocē meā fletu debilitauit, & mētem dolore impediuit. Sed tamē venenū vnde fuerit, quemadmodū paratum sit, non dicitur. Datum esse hoc aiunt P. Licinio prudenti adolescenti, & bono, Cēlii familiaris: constitutū esse cū seruis, vt venirent ad balneas Xenias: eodem Liciniū esse venturū, atq; iis veneni pyxidem traditurū. Hic primū illud requiro, quid attinuerit illud ferri in eū locum constitutum! cur illi nō ad Cēlium domū venerint! si manebat tanta illa consuetudo Cēlii cum Clodia, tantaq; familiaritas, quid suspitionis esset, si apud Cēlium mulieris seruus visus esset! Sin autē iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, dissidium extiterat, hinc illē lachrymē nimirum, & hac causa est horū omnīū scelerum, atq; criminū. Immo, inq; cum serui ad dominā rem istā & maleficiū Cēlii derulissent, mulier ingeniosa praecepit suis, vt oīa Cēlio pollicerentur, sed vt venenū cū a Licinio traderetur, manifesto comprehendī posset, cōstitui locum iussit balneas Xenias, vt eo mitteret amicos, qui delitescerent. deinde repente, cum venisset Licinius, venenū traderet, proflirent, hominēq; comprehenderent. Quae quidē omnia Iudices perfacilem rationē habēt rephendendī. Cur enim balneas publicas potissimū cōstituta erat! in quibus non inuenio quā latebra togatis hominibus esse possit, nā si essent ī vestibulo balnearū, non laterent: sin se in intīmū conicere vellent, nec satis commode calceati & vestiti id facere possent, & fortasse nō reciperentur, nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Atq; equidē vehementer expectabam, quinam isti viri boni testes huius manifesto dephēsi veneni dicerētur, nulli. n. sunt adhuc nominati: sed nō dubito quin sint pgraues, qui primū sint talis foemīnē familiares: deinde eam prouinciā susceperint, vt in balneas cōtruderentur: qđ illa nisi a viris honestissimis ac plenissimis dignitatis, q̄ velit sit potens, nūq̄ impetrauisset. Sed quid ego de dignitate istorū testium loquor! virtutem eorū diligentiaq; cognoscite, in balneis delituerūt, testis egregios, deinde temere proflierūt, homines grauitati deditos. Sic enim fingunt, cū Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nōdum tradidisset, tū repente euolasse istos praclaros testes sine nomine. Liciniū autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse, atq; illo repētino hominū impetu se in fugam coniecisse. O magna vis veritatis, quā contra hominū ingenia, calliditatem, solertiā, cōtraq; fictas omnīū insidias, facile se p se ipsam defendat. verū hac tota fabella verus, & plurimarū fabularū poetria, q̄ est sine argumēto! q̄ nullū inuenire exitū potest! Quid em̄ isti tot viri! nā necesse est fuisse non paucos, vt & comprehendī Licinius facile posset, & res multorū esset oculis restatior, cur Liciniū de manibus amiserunt! qui minus em̄ Licinius comprehendī potuit, cū se retraxit, ne pyxidem traderet, q̄ si non retraxisset! Erant em̄ illi positi, vt comprehenderēt Liciniū, vt manifesto Licinius teneretur, aut cū retineret venenū, aut cum tradidisset. hoc fuit totū consilium mulieris: hac istorū prouincia, qui rogati sunt: quos quidem tu quamobrem temere profluisse dicas, atq; ante tempus, non inuenio. fuerāt hoc rogati, fuerant ad hanc rem collocati, vt venenū, vt insidia, facinus deniq; ipsum vt manifesto comprehenderetur, potuerūt ne meliori tempore proflire, q̄ cū Licinius venisset! cū in manu teneret veneni pyxidem: quā si cū iam erat tradita seruis, euassissent subito ex balneis mulieris amici, Liciniūq; comprehendissent, imploraret hominū fidem, atq; a se illam pyxidem traditā pernegaret, quē quomodo illi rephenderent! vidisse se dicerent! primū ad se reuocarent maximi facinoris crimen, deinde id se vidisse dicerent, qđ quo loco collocati fuissent, nō potuissent videre. Tēpore igitur ipso se ostenderūt, cum Licinius venisset, pyxidem expēdit, manū porrigeret, venenū traderet. Mimi ergo est etiā exitus, non fabula: in quo cū clausula non inuenitur, fugit aliquis e manibus: deinde scabella concrepant, auleū tollitur. Quēro em̄ cur Liciniū titubantē, hāsitantē, cedētē, fugere conantem, mulieraria manus ista de manibus emisit! cur non comprehendit! cur nō ipsius confessionē multorū oculis, facinoris deniq; voce tanti sceleris crimen expresserint! an timebant, ne tot vnū, valentes imbecillū, alacres pterritum superare nō possent! nullum argumentū in re, nulla suspitio in causa, nullus exitus criminis reperietur. Itaq; hac causa ab argumentis, a coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. Quos qđ ego testes Iud. nō modo sine vllō timore,

Balnea
Xenia.
Pyxis.

Quadrata
ria pmuta
tio.
Balneator.

O magna
vis.
Poetria
fabellarum
plurimarū.

Mimi exitus
Scabella.
Mulieraria
manus.

Pro

sed etiam cū aliqua
nes mulieris beate
sidio balnearum lo
equus Troianus fr
vero responderet
stantē comprehendit
seruit, explicabunt
foti vis est, alia tr
conspectus: lux den
delicias, oēs inepti
aliis se rebus ostē
ceant, seruiant: cap
bilissimorū, & clar
mulier de suorū p
Sed scire cupio qu
aut quæsto subleu
pinquis placuit. cu
peram deferre dice
cōsecuta, nihil est q
celebrata sermone
dicere, qđ etiā si est
fortasse adolescente
stum, sed tamen no
proballet, nisi omni
Dicta est a me causa
cōmissa vobis. De vi
omniū pertinet: qu
bus tulit: quæ lex se
xit: hac lege Cæsar
scitur. Atq; hoc etiā
dicā an impudenti
tionem! audetis ne
veritate! Quo cri
inituriam Vectiano
illa vetus Afrania
de vi certe nō tene
tendi viderentur. N
crimen obicitur, ne
coniunctū, cuius p
vsum forensē, ad
maiorū natu, quorū
quem optimi ac nob
accessisset ætati,
atq; omnis officii d
vius quidā prouinc
iudicio probatissim
tū exēplo, qui post
Ro. ex aliqua illustri
habuit hoc tēpus qu
beneficii memoria n
lium, plus vt in foro
suos gratiasque nisi
bore & diligentiā est
nitate ac sapientiā v

sed etiam cum aliqua spe delectationis expecto, prægestit animus iam videre, primū lautos iuue-
 nes mulieris beatę ac nobilis familiares: deinde fortis viros ab imperatrice in insidiis, atq; in p-
 sidio balnearum locatos, ex quibus requirā quonāmodo latuerint: aut vbi: alueus ne ille, an
 equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebri bellū gerentes tulerit, ac texerit: Illud
 vero respondere cogam, cur tot viri ac tales, hūc & vnū & tam imbecillū, q̄ videtis, non aut
 stantē comprehendunt, aut fugientē consecuti sint: qui se nūq̄ profecto si istum in locū proces-
 serint, explicabunt, q̄ volent in conuiuīis faceti, dicaces, nonnūq̄ etiā ad vinū disertī sint: alia
 fori vis est, alia triclinii: alia subselliorū ratio, alia lectorū: non idem iudicium, comessatorūq;
 conspectus: lux deniq; longe alia est solis, & lychnorum. Quāobrē excutiemus omnes istorū
 delicias, oēs ineptias, si prodierint. sed si me audiāt, nauent aliā operā, aliā inean gratiam, in
 aliis se rebus ostētent, vigeant apud istā mulierē venustate, dominētur sumptibus, hāreāt, ia-
 ceant, seruiant: capiti vero innocentis, & fortunis parcant. Adsunt serui illi de cognatorū no-
 bilissimorū, & clarissimorū hominū sententiā manumissi, tandem aliquid inueniemus, qd̄ ista
 mulier de suorū propinquorū fortissimorū virorū sententiā atq; auctoritate fecisse dicatur.
 Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio: in qua aut crimen est Celio quesitū,
 aut quæstio subleuata, aut multarum rerū consciis seruis cū causa præmissi persolutū. At pro-
 pinquis placuit, cur non placeret: cū rem tute ad eos non ab aliis tibi allatam, sed a te ipsa cō-
 pertam deferre diceret: Hic etiā miramur si illā cōmentitiā pyxidē obscenissima sit fabula
 cōsecuta, nihil est qd̄ in eiusmodi mulierem nō cadere videatur, audita & peruulgata & per-
 celebrata sermonibus res est, percipitis animis Iud. iādudū quid velim, vel potius quid nolim
 dicere, qd̄ etiā si est factū, certe a Celio nō est factū, quid enim attinebat: est enim ab aliquo
 fortasse adolescente nō tam insulso, q̄ non verecūdo. Sin aut est fictum, nō illud quidē mode-
 stum, sed tamen non est infacetū mendaciū, qd̄ profecto nunq̄ hominū sermo, atq; opinio cō-
 probasset, nisi omnia quæ cū turpitudine aliqua dicerētur, in istam quadrare apte viderent.
 Dicta est a me causa Iud. & perorata, iam intelligitis quantū iudiciū sustineatis, quāra res sit
 cōmissa vobis. De vi queritis: quæ lex ad Imperium, ad maiestātē, ad statū patriæ, ad salutem
 omnīū pertinet: quā legem Q. Catulus armata dissensione ciuīū Reip. pene extremis temporī-
 bus tulit: quæ lex sedata illa flamma Consulatus mei, fumantis reliquias coniurationis extin-
 xit: hac lege Celii adolescentia nō ad Reip. poenas, sed ad mulieris libidines & delitias depo-
 scitur. Atq; hoc etiā loco M. Camurti & Ceserni damnatio p̄dicatur. O stultitiā: stultitiā ne-
 dicā an impudentiā singularē: Audetis ne, cū ab ea muliere veniat, facere istorū hominū mē-
 tionem: audetis ne excitare tanti flagitiū memoriā: non extinetā illam quidē, sed repressam
 vetustate: Quo enim illi crimine peccatoq; perierunt: nempe q̄ eiusdem mulieris dolorem &
 iniuriam Vectiano nefario sunt stupro persecuti. Ergo vt audiret Vectii nomen in causa, vt
 illa vetus Afrania fabula refricaret, idcirco Camurti, & Ceserni est causa renouata: q̄ q̄ lege
 de vi certe nō tenebantur, eo maleficio tamen erāt implicati, vt ex nullius legis laqueis emit-
 tendi viderentur. M. vero Celius cur in hoc iudiciū vocatur, cui neq; propriū quæstionis
 crimen obicitur, nec vero aliquid eiusmodi, qd̄ sit a lege seiunctum, & cum vestra seueritate
 coniunctū, cuius prima ætas dedita disciplinīs fuit, usq; artibus, quibus instruimur ad hunc
 vsus forensem, ad capeſſendā rēpublicā, ad honorē, gloriā, dignitatē. His autē fuit amicitias
 maiorū natu, quorū imitari industriā cōtinentiāq; maxime velit: his æqualiū studiis, vt eūdē
 quem optimi ac nobilissimi, petere cursum laudis videretur. Cum autē paulum iam roboris
 accessisset ætati, in Africā profectus est, Q. Pōpæio p̄consuli contubernalis castissimo viro
 atq; omnis officii diligētissimo: in qua prouincia cū res erant, & possessiones paternæ, tū etiā
 vsus quidā prouincialis, non sine causa a maioribus huic ætati tributus, discessit illinc Pōpæii
 iudicio probatissimus, vt ipsius testimonio cognoscetis, voluit vetere instituto, eorū adolescē-
 tiū exēplo, qui post in ciuitate summi viri, & clarissimi ciues extiterūt, industriā suā a Populo
 Ro. ex aliqua illustri accusatione cognosci, vellē alio potius eū cupiditas glorię detulisset, sed
 habuit hoc tēpus querele, accusauit C. Antoniū Collegam meū, cui misero præclari in Rēp.
 beneficii memoria nihil pfuit, nocuit opinio malefici cogitati, postea nemini concessit æqua-
 lium, plus vt in foro, plus vt in negotiis versaretur, causisq; amicorum, plus vt valeret inter
 suos gratia: quę nisi vigilātes homines, nisi sobrii, nisi industrii cōsequi nō possunt: omnia la-
 bore & diligentia est cōsecutus. In hoc flexu quasi ætatis: nihil enim occultabo fretus huma-
 nitate ac sapientiā vestra: fama adolescentis paulum hæsit ad metas, notiriā noua mulieris &

Prægestit
animus.Equus
Troianus.Diserti ad
vinum.Quadrare
in istam.C. Anto-
nius.Fama hæ-
sit ad me-
tas.

Oratio

Sapientia non
cadit in ado-
lescentiam,

Obtestor
oroque.

infelici vicinitate, & insolentia voluptatum. quæ cum inclusæ diutius, & prima ætate compressæ, & contractæ fuerint, subito se nonnunquam profundunt, atque efficiuntur vniuersæ, quæ ex vita, vel dicam quo ex sermone: nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur: verum ex eo, quicquid erat, emer- sit, totumque se eiecit, atque extulit: tantumque abest ab illius familiaritatis infamia, ut eiusdem nunc ab sese inimicitias odiumque propulset. atque ut iste interpositus sermo deliciarum, desideriorumque moreret, fecit me mehercule inuito & multum repugnante, sed tamen fecit, nomen amici mei de ambitu detulit: quem absolutum insequitur, reuocat, nemini nostrum obtulerat, est violentior quam velle. Sed ego non loquor de sapientia, quæ non cadit in hanc ætatem: de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam: quæ studia iam in his ætatibus nostris contractiora esse debeant: in adolescentia vero, tamquam in herbis significant quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futurae. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi fuerunt. Amputanda plura sunt illi ætati, si quidem efflorescit ingenii laudibus, quam inferenda. Quare si cui nimium efferuisse videtur huius vel in suscipiendis, vel in gerendis inimicitias vis, ferocitas, pertinacia: si quem etiam minorum horum aliquid offendit: si purpuræ genus, si amicorum cateruæ, si splendor, si nitor: iam ista deseruerit, iam ætas omnia, iam res, iam dies mitigarit. Conseruate igitur Reip. Iud. ciuem bonarum artium, bonarum partium, bonorumque virorum. promitto hoc vobis, & Reip. spondeo, si modo nos ipsi Reip. satisfecimus, nunquam hunc a nostris rationibus seivictum fore, quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quod durissimis se ipse legibus iam obligarit. Neque enim potest quod hominem consulari, quod ab eo Reip. violatam diceret, in iudicium vocarit, ipse in Rep. civis esse turbulentus. Non potest, qui ambitu ne absolutum quod patitur esse absolutum, ipse impune nunquam esse largitor. Habet a M. Cælio Reip. Iud. duas accusaciones vel obfides periculi, vel pignora voluntatis. Quare obtestor, oroque vos Iudices, ut quæ in civitate paucis diebus his Sex. Clodius absolutus sit: quem per biennium, aut ministrum seditionis, aut ducem vidistis: qui aedes sacras, qui censum Populi Romani, qui memoriam publicam, suis manibus incendit: hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum: qui Catuli monimentum afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit: qui in Palatio atque in urbis oculis servitia ad cædem & inflammandam urbem incitavit: in ea civitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Cælii libidini mulieris condonatum: ne eadem mulier cum suo coniuge, & fratre, turpissimum latronem eripuisse, & honestissimum adolescentem oppressisse videatur. Quod cum huius vobis adolescentiam proposueritis, constituitote vobis ante oculos huius etiam miseram senectutem, qui hoc unico filio nititur, in huius spe requiescit, huius unius casum pertimescit: quem vos supplicem vestrae misericordie, servum potestatis, abiectum non tam ad pedes, quam ad mores sensusque vestros, vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum iucunditate sustentate, ut in alterius dolore vel pietati, vel indulgentiæ vestre serviat. Nolite Iudices, aut hinc natura ipsa occidere velle maturius extinguere vulnere vestro, quam suo fato: aut hinc nunc primam florentem firmata iam stirpem virtutis, tamquam turbine aliquo aut subita tempestate pervertere. Conseruate parenti filium, parentem filio: ne aut senectutem prope desperatam contempnisse, aut adolescentiam plenam spei maxime, non modo vos non aluisse, sed etiam perculisse, atque afflixisse videamini. Quem si vobis, si suis, si Reip. conseruatis, adductum, deditum, obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis: omniumque huius nervorum, ac laborum vos potissimum Iud. fructus vberes, diurnosque capietis.

PRO L. CORNELIO BALBO. ORATIO. XXXVI.



IAVCTORITATES Patronorum in iudiciis valent, ab amplissimis viris L. Cornelii causa defensa est: si usus, a periculis: si ingenia, ab eloquentissimis: si studia, ab amicissimis, & cum beneficiis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate coniunctis. Quæ sunt igitur meæ partes: auctoritatis tantæ, quantam vos in me esse voluistis: usus mediocris: ingenii minime voluntati paris. Nam cateris, a quibus est defensio, hunc debere plurimum video. ego quantum ei debeam, alio loco ostendam. Principio orationis hoc oppono, me omnibus qui amici fuerint salutem meam, & dignitatem, si minus ad referendam gratiam satisfacere potuerim, ad predicandam & habendam certe satis